

307.

Landgraf Ludwig nimmt alle in seinem Lande liegenden, dem Deutschen Orden gehörigen Güter in seinen Schutz, insbesondere aber 3 Hufen in Buttstätt und eine in (Nieder)-Trebra.

Neuenburg, 1222 [vor Sept. 29].

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 249. Das S., an rothen und grünen Seidenfäden, sehr beschädigt 5 = Taf. XII. 3.

Anm.: Aus der Kanzlei des Deutschmeisters? Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 37. — Vergl. No. 304.

Ludewicus dei gratia Thuringie lantgravius Saxonie comes palatinus. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris scriptum istud inspecturis, quod nos domum Hospitalis sancte Marie Teutonicorum specialis dilectionis quodam privilegio amplectentes generaliter 10 omnia bona ipsius in principatibus nostris constituta, specialiter etiam tres mansos in Buthstede et unum mansum in Drebre ita in nostram accepimus defensionem et tuitionem, quod a nullo eandem domum in bonis predictis volumus inquietari. Mandamus itaque ac firmiter precipimus, ne quis liberorum seu ministerialium, villicorum sive advocatorum nostrorum bonis eisdem manum iniciat lesionis, scituri pro certo, quod dampna et incommoda, si 15 qua, quod absit, fratres ipsius domus a nostris sustinerent nobis irrogata reputaremus et non minus nobis illatis gravi animo ferremus. Ut autem hec, que prelibata sunt, in omnes posteritates rata et inconvulsa permancant, presentem cartulam conscribi fecimus et sigilli nostri impressione communiri. Testes, qui huic facto intererant, sunt: Comes Heinricus de Svarzburc. Comes Heinricus de Stahelbere. Hartmannus de Helderungen. 20 Lutolphus de Alrestede. Rudolphus pincerna. Hermannus dapifer. Hermannus de Merkesleiben. Theodericus Niger. Acta sunt in Novo Castro anno ab incarnatione domini M. ccc. xxii., indictione nona.

(SFR.)

308.

25

Abt Konrad von Paulinzelle bezeugt die Zinspflichtigkeit der Hufen, welche er dem Markgrafen von Meißen verkauft hat, zu Gunsten der Marienkirche zu Erfurt.

1222.

Hdschr.: Or. Perg. Domarchiv Erfurt. Das S. des Abtes (Abt mit Mitra, Stab und Bibel auf einem mit Thierkopfe und Thierfüßen versehenen Sessel; Umschrift: Conrad⁹ abbas . in . Cella . dnō . Paulie) hängt an Pergamentstreifen.

Gedr.: Anemüller, Urkundenb. des Kl. Paulinzelle 66.

30

C[onradus] dei gratia Cellę domine Pauline abbas totumque capitulum universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et orationes in domino. Notum esse cupimus omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, quod, dum essemus in possessione mansorum, quos marchioni Misnensi nos constat vendidisse, quos etiam Berchtoldus 35 Bizkorn et frater suus nunc possidere noscuntur, nos solvisse de eisdem ecclesię sanctę